

Theodor Schmalz von

Specimen Observationum Philologicarum In Nonnullos Jesaiae Locos : Libro Cuidam De Mythologia Hebraeorum Praemitit


Hanoverae: Pockwitzius, 1782


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn823899284>

Druck Freier  Zugang



Fc-1419. 1-12






SPECIMEN
OBSERVATIONVM
PHILOLOGICARVM

IN
NONNVLLOS JESAIAE LOCOS.

LIBRO CVIDAM
DE
MYTHOLOGIA HEBRAEORVM
PRAEMITIT.
THEODORVS SCHMALZ
HANNOVERANVS.




HANOVERAE,
LITERIS H. M. POCKWITZII AVL. TYPOGR.
MDCCLXXXII.

4

STECHEM
OBSERVATIONVM
PHILOGICARVM

IN
NOMINIS IESAE FLORE

LIBRO SEPTIMO
DE
MYTHOLOGIA HEBRAEORVM
TRACTATVS
THEODORVS SCHMIDT
PRAEFATIO



HANNOVERAE
EDIDIT H. M. FROBENIUS AN. MDCCCXXXIII
PREFATIO



§. 1.

Ad Cap. 1. v. 8. כמלונה במקשה כעיר נצורה

Cum jam ex arabicis constaret, verbum נצר proprie, *solitarium facere* significare, adque ideo tam *evertere, divuere*, quam *unicum solum e pernicie servare*: a) miror interpretes de integritate horum verborum dubitasse. Duplex enim כ saepe comparationi inservit. b) Vertendum igitur est:

Ut tuguriolum in cucumerario, ita se habet urbs, sola perniciei erepta.

§. 2.

Cap. 6. v. 13. Nec hujus loci explicatio magis impedita est. Additis tantum passim particulis, poetica dictione, ut fit, omissis, non dubito quin interpreter.

Und bliebe übrig das zehnte Theil, so soll auch das niederen weggeführt werden. Doch wie der Eiche und Terebinthe Stamm in der Entblätterung bleibt; so soll gleich solchem Stamm ein heiliges Geschlecht seyn.

Quod

a) Confer. & Kopp. in Jes. Lowth. ad hunc locum.

b) V. cap. 24, 2. seqq.

Quod oraculum omnino impletum esse, historia Judaeorum docet.

§. 3.

Cap. 7. v. 8. 9. Mancos esse hos versus recentiores fere omnes contenderunt; inducti in errorem, praesertim, ut videtur, repetitione verborum: *Damascus Syriae caput, Samaria caput Ephraimi &c.* quam quidem in scriptore Orientali, non est, quod valde miremur. Clarus erit locus, si sequentia observaveris.

1. כִּי pro plena dictione כִּי גַם, *quamquam, etsi*, hoc loco positum esse.
2. וְכֵן, *caput*, saepe *agmen* denotare atque hic potentiae ac roboris imaginem esse.
3. Non Judaeis haec, sed Samaritanis dicta.

Verto itaque:

Licet Syria valida sit, o Damasce, & Damascus valida sit, o Rezine (his enim confisi Samaritani, Judaeis bellum intulerant) tamen ultra LXII annos Samaritani non erunt populus: Et licet valida sit Ephraim, o Samaria, & Samaria valida sit, o Remaliade, nisi creditis, nec permanebitis.

Vox כִּי, quam secuti consuetudinem Theologorum, *credere* interpretatus sum, omnes eas virtutes complectitur, quibus verus Israelita seu כִּי אֱלֹהִים exornatus esse debebat; & praesertim de cultu divino rite instituendo dicitur. Sensus itaque posteriorum verborum est: *Quia nec creditis Jehovae, nec eum rite colitis, non manebitis in terra.*

§. 4.

Cap. 7. v. 14. Prophetæ haec dicenti adstitisse puerum illum, alii jam observarunt, quod & res ipsa docet. Is idem erat,

erat, quem secum ducere Jesaias jussus est v. 3. Sear Jafub. Suspiciatur Koppius, nomen ejus symbolum liberandae urbis fuisse. Quid si שׂר יפּוּב appellative: *superstitem* denotaret? quod & loquendi usus & temporum ratio suadent. Occisis enim prophetae filiis, in bellis iis temporibus gestis, in eo forsitan, cujus mentio fit. 2 Chron. 28, 6. hunc unicum ipsi superstitem fuisse vero simillimum est; cui & provecta Jesaias aetas favere videtur. Erat igitur puerulus hic non nomine tantum, sed & re ipsa symbolum liberandae urbis. Quo coram rege posito, propheta sic regem adfatur: Signum tibi dedit Jehovah, puerum hunc, qui solus e tot filiis amissis relictus mihi est; cum paene desperassem de vita ejus. Mater virgo peperit eum a) nomenque Imanuelis ex omine ipsi dedit. Conf. §. 5. Sicut illum & urbem servabit Deus. Antequam enim tertium aetatis annum b) peregerit, florebit c) urbs, florebit Judaea.

§. 5.

Capita, quae sequuntur, usque ad duodecimum, cum septimo quam arctissime cohaerent, licet inter se minus juncta, & quasi annotationes singulis capituli septimi locis, saepe ob idearum tantum similitudinem, adscripta sint. Capite octavo Jesaias nativitatem hujus filii pluribus describit. Immanuel appellaverat mater, ignara divini praecepti, quod *nomen Maher Schalal* ipsi dederat. Et hoc nomen faustum Judaeis omen servandae urbis fuisse, ipsius capituli 8. v. 4. docet.

§. 6.

Non vero mera accommodatione, quam dicunt, Mat-
thaeus

- a) מלמה virgo, dicitur etiam quae virgo nupta est ut: *κουριδίη*
αλοχος. Homeri.
b) Vide interpretes. ad hunc locum. praef. Rabb. & confer. cap. 8, 4.
c) Lac & mel hic ut ubique salutis ac felicitatis imagines sunt.

thaeus evangelista, locum c. 7, 14. de Messia ex virgine nascendo explicat. Jesaias enim ipse de Messia capite undecimo ita loquitur, ut appareat, Immanuel hunc typum Christi fuisse. Nam, saepe prophetis accidit, ut cum de salute futura gentis suae loquerentur, spiritu divino quasi e cursu rapti, tempora Messiae canerent. Nemo praeterea nisi morum Orientis prorsus ignarus, typorum in sacris litteris usum negare potest. Cultu levitico Deus inanes prorsus ac inutiles caeremonias praecepisset, nisi typis illis reconditiorem quandam doctrinam complexus esset. Nec ex alia ratione in sacris litteris multorum hominum memoria conservata esse videtur. Typum ergo Christi prophetae filium fuisse & ipse Jesaias & Matthaeus docere mihi videntur.

§. 7.

Cap. 14. v. 9. **לְנֶשֶׁךְ** *tartarum, infernum* reddere solent. A radice **לְנֶשֶׁךְ** *petiit, quæsiit* derivandum existimo, ut ideo denotet eum, qui omnia ad se rapiat ac devoret; sicuti & nostri poetae mortem, *den Allverschlinger* interdum vocant. Videtur ergo mihi SCHEOL non locum tartari, sed daemonem quendam fuisse. Quod & verba: *Exitabat tibi reges* in hoc ipso versu, & opposita in versibus 14. & 15. (ex more poetarum Hebraeorum) confirmant. Ibi enim Rex Babiloniae: ASCENDAM, inquit, SUPRA NUBES; *par ero SUPREMO*. Atque Manes respondent: DESCENDISTI *ad SCHEOLEM, in TARTARI barathrum*. **בַּרְ** proprie tartarum denonat, sed & **לְנֶשֶׁךְ** per Metonymiam persaepe pro tartaro ponitur.

§. 8.

Eo temeritatis progressi sunt nonnulli interpretes, ut, argumentis usi, Sadducaeorum erroribus & loco Ps. 6, 6. didicerent sacrorum scriptorum quosdam animi immortalitatem negasse. Cum vero omnes Orientis populi, laborem ac
ope-

operam tanquam maximam miseriam timerent, otium autem & quietem summam hominum felicitatem existimarent; necesse fere fuit, ut eorum poetae vitae aeternae felicitatem sub imagine somni jucundissimi repraesentarent. Id quod & locus noster verbis: *Exitabat tibi reges* confirmare videtur. Quae repraesentatio mortis, cum pervulgatissima esset, non est quod valde miremur, rarius prophetas de vitae aeternae felicitate locutos esse, quam Christus & apostoli. Nullus vero vates divinus neque vitam post mortem negare, neque de ea dubitare unquam potuit.

§. 9.

Cap. 18. v. 1. ארץ צלצל כננו: Lutherus haec verit: *Wehe dem Lande, das unter den Schatten in Segeln fährt*, J. D. Michaelis: Hör es du Land unter dem Rauschen der Flügel. Contulit vir clarissimus hunc locum cum illo Mal. 4, 3. & mythum invenisse sibi visus est: Solem Hebraeorum alis, ut Phoebus Graecorum curru, per coelum vehi. Interpretatus igitur haec verba est: *Terra ubi stridor alarum Solis auditur; ubi sol oritur vel occidit; terra remotissima*. Primo autem unius alteriusve poetae fictio, non est mythus nationis. Deinde, quid hic terra remotissima? Terret his verbis propheta, cum Sanheribi exemplum ipsis proposuisset, propinquos Judaeorum hostes, Egyptum, ut omnes fere interpretes observarunt, & fortasse Phoeniciam.

כננו extremum cujusque rei, ac terminum denotat ut cap. 11, 12. fines terrae. Hoc loco, *de iis terminis intelligendum*, puto *ultra quos visus non pertingit*. Vox צלצל quidem, ut Exod. 15, 10. *sonum quendam* denotat; hic vero, uti plerumque, *umbram* significare existimo. Obumbrari enim videntur, quae ex longinquo prospiciuntur. Interpretor, itaque: *Hör es o Land in der dunkeln Entfernung*, seu potius: *am dunkeln Ende des Gesichtskreises*. Quam terram Egyptum

ptum esse, ex iis audies, qui in summis australibus Palaestinae montibus fuerunt.

§. 10.

Cap. 18. v. 2. צוֹרֹת. Hanc vocem omnes ab arabico צוֹר *profectus est* derivasse, & legatos, nuntios interpretatos esse video. Mihi potius a Samarit. צוֹר *castellum, munimentum* derivandum esse videtur; atque sic verto: *Die du Vesten* (naves ad pugnam armatas) *aufs Meer sendest*. Phoeniciam fortasse adloquitur Jesaias.

§. 11.


Cap. 18. v. 2. נַמֵּי - בַבְּלִי, Naves ex papyro volunt. Quid si idem esset, ac Homericum *νῆες κούρην* a radice נָמַי *cavavit*. Job. 39, 27.


§. 12.


Cap. 26. v. 18. כִּמוּ יִלְרֹט רוּחַ. Varie, & nonnulli obscoene has voces interpretantur; licet nexus ipsas clarissimas reddat. רוּחַ enim *Muth* Germanorum hoc loco esse verosimillimum est. Sic igitur vertendum: *Wir waren als wollten wir Muth uns gebähren; aber wir schaften keine Hülfe dem Lande &c. i. e. Incipiebamus animo erigi & aggredi hostes sed frustra.*


Haec pauca libro de Mythologia Hebraeorum ex parte jam perscripto, & olim a nobis edendo, praemittere, auctoritate Fautoris cujusdam moti sumus. Quibus juvenilibus conatibus ut faveant, Lectores, etiam atque etiam rogamus.











tur. Ille e N. T. quaedam attulit loca. Nec
 otio vocabulorum τὰ υἱὰ τὰ ἀνθρώπων de Christo
 sibi que familiarissima, quod Pharisei eum fili-
 profitebantur. Reliquum est, vt pauca dicam ad
 vim tum verbi αἰῶν Xenophonti κῦρὰ παιδείας lib.
 a temporis vitae vsitati: καλλιον καὶ ἡδιον τον αἰῶνα
 n familiaris Iudaeorum loquendi rationis ὅτε ἐν
 τε ἐν τῷ μελλοντι, quam Marcus loco citato per ἕκ
 τον αἰῶνα ἀλλ' ἐνοχός ἐστιν αἰῶνις κρείσσεις interpretatur.
 e libris Sacris non infrequentem etiam exprini
 nas graues dabit. Itaque difficile est dictu, Chri-
 stionem Iudaeorum tetigisse, se partem in altera
 quant, habituros. Varias significationes vocum
 μῶν μελλων, Ebraeorum הוֹלֵם הוֹלֵם atque הוֹלֵם הוֹלֵם
 n, enumerat Meuschenii N. T. e Talm. illust. &
 omment. in Ep. Pauli ad Eph. exc. 1. Totum
 transfero: si quis hominibus probra obiicit, faci-
 habitur illi: at qui in signa diuina maledicta dicit,
 mpune faciet; quod in exemplo Pharaonis cerni

